Heinz Hofmann (Groningen)

Ovid's Exile - a Poetic Fiction?

Tr. 4, 10, 115-122

Ergo quod vivo durisque laboribus obsto
Nec me sollicitae taedia lucis habent,
Gratia, Musa, tibi: nam tu solacia praebes,
tu curae requies, tu medicina venis.
Tu dux et comes es, tu nos abducis ab Histro
In medioque mihi das Helicone locum.
Tu mihi, quod rarum est, vivo sublime dedisti
Nomen, ab exequiis quod dare Fama solet.

Am. 3, 12, 19-20. 41-44

Nec tamen ut testes mos est audire poetas:
Malueram verbis pondus abesse meis.

Exit in inmensum fecunda licentia vatum
Obligat historica nec sua verba fide.
Et mea debuerat falso laudata videri
Femina: credulitas nunc mihi vestra nocet.

Pont. 3, 1, 41-62

Utque iuvent alii, tu debes vincere amicos
Uxor et ad partis prima venire tuas.
Magna tibi imposita est nostris persona libellis:
Coniugis exemplum diceris esse bonae.
Hanc cave degeneres, ut sint praeconia nostra
Vera: vide, famae quod tuearis opus.
Ut nihil ipse querar, tacito me fama queretur,
Quae debet, fuerit ni tibi cura mei.
Exposuit mea me populo fortuna videndum
Et plus notitiae, quam fuit ante, dedit.
Notior est factus Capaneus a fulminis ictu,
Notus humo mersis Amphiaraus equis.
Si minus errasset, notus minus esset Ulixes,
Magna Philoctetae vulnere fama suo est.
Si locus est aliquis tanta inter nomina parvis,
Nos quoque conspicuos nostra ruina facit.
Nec te nesciri patitur mea pagina, qua non
Inferius Coa Bittide nomen habes.
Quidquid ages igitur, scaena spectabere magna
Et pia non parvis testibus uxor eris.
Crede mihi, quotiens laudaris carmine nostro,
Qui legit has laudes, an mereare, rogat.

Tr. 2, 89-96

At, memini, vitamque meam moresque probabas
Illo, quem dederas, praetereuntis equo.
Quod si non prodest et honesti gloria nulla
Redditur, at nullum crimen adeptus eram.
Nec male commissa est nobis fortuna reorum
lisque decem deciens inspicienda viris.
Res quoque privatas statui sine crimine iudex
deque mea fassa est pars quoque victa fide.

Tr. 2, 109-114

Illa nostra die, qua me malus abstulit error,
Parva quidem periit, sed sine labe domus:
Sic quoque parva tamen, patrio dicatur ut aevo
Clara nec ullius nobilitate minor,
Et neque divitiis nec paupertate notanda,
Unde sit in neutrum conspiciendus eques.

Tr. 4, 10, 123-132

Nec, qui detractat praesentia, Livor iniquo
Ullum de nostris dente momordit opus.
Nam tulerint magnos cum saecula nostra poetas,
Non fuit ingenio fama maligna meo,
Cumque ego praeponam multos mihi, non minor illis
Dicor et in toto plurimus orbe legor.
Si quid habent igitur vatum praesagia veri,
Protinus ut moriar, non ero, terra, tuus.
Sive favore tuli sive hanc ego carmine famam,
Iure tibi grates, candide lector, ago.

Tr. 2, 339-342

Ad leve rursus opus, iuvenalia carmina, veni
Et falso movi pectus amore meum.
Non equidem vellem, sed me mea fata trahebant
Inque meas poenas ingeniosus eram.

Tr. 2, 1-2

Quid mihi vobiscum est, infelix cura, libelli,
Ingenio perii qui miser ipse meo?

Tr. 3, 3, 74

Ingenio perii Naso poeta meo.

2, 12

...ingenio est poena reperta meo.

1, 1, 56

...ingenio sic fuga parta meo.

2, 353-358

Crede mihi, distant mores a carmine nostro
(Vita verecunda est, Musa iocosa mea)
Magnaque pars mendax operum est et ficta meorum:
Plus sibi permisit compositore suo.
Nec liber indicium est animi, sed honesta voluptas:
Plurima mulcendis auribus apta feres.

5, 1, 5-10

Flebilis ut noster status est, ita flebilis carmen,
Materiae scripto conveniente suae.
Integer et laetus laeta et iuvenalia lusi,
Illa tamen nunc me composuisse piget.
Ut cecidi, subiti perago praeconia casus
Sumque argumenti conditor ipse mei.

Heinz Hofmann (Groningen)

Ovid's Exile - a Poetic Fiction?

F. Stoessl, C. Valerius Catullus: Mensch, Leben, Dichtung, Meisenheim a. G. 1977 (Beitr. zur Klass. Philologie 85)

J. P. Sullivan, Propertius. A Critical Introduction, Cambridge 1976

H. Naumann, Was wissen wir von Vergils Leben?, AU 24, 5, 1981, 5-16

W. Stroh, Tröstende Musen: Zur literarhistorischen Stellung und Bedeutung von Ovids Exilgedichten, in: ANRW II 31.4, Berlin/New York 1981, 2638-2684

F. Martini, Einleitung zu Ovid, Brünn/Prag/Leipzig/Wien 1933

J.F. Davis, Fictus Adulter: Poet as Actor in the *Amores*, Amsterdam 1989

J.C. McKeown, Ovid: *Amores*. Text, Prolegomena and Commentary in four volumes. Volume I: Text and Prolegomena, Liverpool 1987 (ARCA: Classical and Medieval Texts, Papers and Monographs, 20)

F. Leo, Über einige Elegien Tibulls, in: Zu augusteischen Dichtern. Philolog. Untersuchungen II, Berlin 1881, 1-47

W. Kroll, Unsere Schätzung der römischen Dichtung, NJbb. 11, 1903, 1-30

D. F. Bright, *Haec mihi fingebam*: Tibullus in his World, Leiden 1978 (Cincinnati Class. Stud., n.s. 3)

M. Wyke, Written Women: Propertius' *Scripta Puella*, JRS 77, 1987, 47-61

O. Janssen, De verbanning van Ovidius - waarheid of fictie?, in: O. Janssen - A. Gratema, Uit de Romeinse keizertijd, 's-Hertogenbosch 1951, 77-105

J. C. Thibault, The Mystery of Ovid's Exile, U.C.P. 1964

C. Verhoeven, De poëtiek van Ovidius, in: id., De schaduw van één haar, Baarn 1979, 172-197

A. D. Fitton Brown, The Unreality of Ovid's Tomitan Exile, Liverpool Classical Monthly 10.2, 1985, 18-22

M. Drucker, Der verbannte Dichter und der Kaiser-Gott: Studien zu Ovids späten Elegien, Diss. Heidelberg 1977

B. R. Fredericks, *Tristia* 4.10: Poet's Autobiography and Poetic Autobiography, TAPA 106, 1976, 139-154

B. R. Nagle, The Poetics of Exile: Propaganda and Polemic in the *Tristia* and *Epistulae ex Ponto* of Ovid, Bruxelles 1980 (Coll. Latomus 170)

H. B. Evans, Publica Carmina: Ovid's Books from Exile, Lincoln/London 1983

E. Block, Poetics in Exile: An Analysis of *Epistulae ex Ponto* 3.9, Class. Ant. 1, 1982, 18-27

M. H. Thomsen Davisson, *Duritia* and Creativity in Exile: *Epistulae ex Ponto* 4.10, Class. Ant. 1, 1982, 28-42

M. H. Thomsen Davisson, *Sed cum quam medico notior ipse mihi*: Ovid's Use of Some Conventions in the Exile Epistles, Class. Ant. 2, 1983, 171-182

M. H. Thomsen Davisson, *Magna tibi imposita est nostris persona libellis*: Playwright and Actor in Ovid's *Epistulae ex Ponto* 3.1, CJ 79, 1984, 324-339

J. Fairweather, Ovid's Autobiographical Poem *Tristia* 4.10, CQ n.s. 37, 1987, 181-196

W.-W. Ehlers, Poet und Exil. Zum Verständnis der Exildichtung Ovids, A & A 34, 1988, 144-157

J.-M. Claassen, Poeta, Exsul, Vates: A Stylistic and Literary Analysis of Ovid's Tristia and Epistulae ex Ponto, Ph. D. Thesis Stellenbosch 1986

J.-M. Claassen, Ovid's Poems from Exile: The Creation of a Myth and the Triumph of Poetry, A & A 34, 1988, 158-169

J.-M. Claassen, *Carmen* and Poetics: Poetry as Enemy and Friend, in: Studies in Latin Literature and Roman History V, ed. C. Deroux, Bruxelles 1989, 252-266

J.-M. Claassen, Error and the Imperial Household: An Angry God and the Exiled Ovid's Fate, AClass 30, 1987, 31-47

A. Podossinov, Ovids Dichtung als Quelle für die Geschichte des Schwarzmeergebiets, Konstanz 1987 (Xenia: Konstanzer Althistor. Vorträge und Forschungen 19)

G. Genette, Palimpsestes. La littérature au second degré, Paris 1982

H. Lausberg, Handbuch der literarischen Rhetorik, 2 Bde., München ^{2}1973

W. Rösler, Die Entdeckung der Fiktionalität in der Antike, Poetica 12, 1980, 283-319

G. Lieberg, Poeta Creator: Studien zu einer Figur der antiken Dichtung, Amsterdam 1982

G. Lieberg, Zu Idee und Figur des dichterischen Schöpfertums, Bochum 1985

H. Rahn, Ovids elegische Epistel, A & A 7, 1958, 105-120

S. Hinds, Booking the Return Trip: Ovid and *Tristia* 1, PCPhS 211 (n.s. 31), 1985, 13-32

N. Zagagi, Exilium Amoris in New Comedy, Hermes 116, 1988, 193-209

L. S. Kauffman, Discourses of Desire. Gender, Genre, and Epistolary Fictions, Ithaca/London 1986

E. L. Grasmück, Exilium. Untersuchungen zur Verbannung in der Antike, Paderborn 1978 (Rechts- und Staatswissenschaftliche Veröffentlichungen der Görres-Gesellschaft, N. F. 30)

A. E. Housman, The *Ibis* of Ovid, JPh 35, 1920, 287-318 (= The Classical Papers of A. E. Housman, coll. and ed. by J. Diggle and F. R. D. Goodyear, vol. III, Cambridge 1972, 1018-1042)

J. A. Richmond, The Authorship of the *Halieutica* Ascribed to Ovid, Philologus 120, 1976, 92-106

J. A. Richmond, Doubtful Works Ascribed to Ovid, in: ANRW II 31.4, Berlin/New York 1981, 2744-2783